MISSALE DIOECESIS PATAVIENSIS . LEKTIONAR
Diözese Passau / Salzburg, Seite 138r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



deum patrem omnipotentē
filiumq; eius unigenitum do
minum nostrum iesum xp̄m
sanctum quoq; spiritum toto
cordis ac mentis affectu et
uocis ministerio personare
Qui pro nobis eterno patri
ade debitum soluit ⁊ ueteris
piaculi cautionem pio cru
ore detersit. Hec sunt enim
festa paschalia in quibus
ille uerus agnus occiditur:
eiusq; sanguine postes con
secrantur. Hec nox est in
qua primum patres nostros
filios israhel eduxisti domi
ne de egypto quos postea
rubrum mare sicco uestigio
transire fecisti. Hec igitur
nox est que peccatorum te
nebras columne huius il
luminatione purgauit.
Hec nox est que hodie ꝑ
uniuersum mundum in
xp̄o credentes a uiciis seculi
et caligine peccatorum segre
gatos. reddit gratie sociatq;
sanctitati. Hec nox est in
qua destructis uinculis mor
tis xp̄c ab inferis uictor ascē
dit. Nichil enim nobis na
sci profuit nisi redimi pro
fuisset. O inestimabilis di
lectio caritatis ut seruum re
dimeres filium tradidisti.
O beata nox que sola me
riuit scire tempus et horam
in qua xp̄c ab inferis uictor
ascendit. Hec nox est de
qua scriptum est. Et nox ut
dies illuminabitur. ⁊ nox il
luminatio mea in deliciis me
is. Huius igitur sanctifi
catio noctis fugat scelera
culpas lauat et reddit in
nocentiam lapsis mestis leti
ciam. Fugat odia concor
diam parat et curuat impe
ria. In huius igitur noctis
gratia suscipe sancte pater